



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illustrium Virorum Poemata**

**Amstelodami, 1672**

Reverendissimo Calsissimoque Principi Ferdinando Episcopo  
Paderbornensi, Coadjutori Monasteriensi, S. R. I. Principi, Comiti  
Pyrmontano, Et Lib. Baroni De Furstenberg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11215**

*Reverendissimo Celsissimoque*

PRINCIPI  
FERDINANDO

EPISCOPO

PADERBORNENSI,

COADJUTORI

MONASTERIENSI,

S. R. I. PRINCIPI,  
COMITI PYRMONTANO,

*ET*

LIB. BARONI DE FURSTENBERG;

**P***urimum Tibi de-*  
*bet, Reverendissime*

\* 2 ac

DEDICATIO.

*ac Celsissime Princeps,  
res universa literaria, in-  
primisque Poësis & Mu-  
sæ, quòd inter sui cultores  
& studiosos splendidum  
tuum nomen professus,  
gravissimum momentum  
addidisti laboranti hoc  
tempore illarum causæ,  
de dignitate ac debitâ in  
animis clarorum Virorum  
gratiâ, & interiori Prin-  
cipum admittance certan-  
tium. Quis enim ad cal-  
culum*

DEDICATIO.

*culum in hoc iudicio ferendum non magnoperè commoveatur? qui fastidito utcunque aliis Poëtæ nomine gaudere ultrò, & gloriari Te videat, Virum sapientem & gravem tanto in fastigio, ad quod tum evectus, tum designatus es, inter clarissimas Majorum tuorum imagines eximiè præfulgentem: qui prosperos de Te summorum infimorumque ser-*

\* 3 *mones*

## DEDICATIO.

*mones accipiat; aliis sapientiam Tuam in temperandis populi moribus, aliis gravitatem in capiendis de Rep. consiliis, aliis pastorem in procurandâ gregis Tui salute sollicitudinem celebrantibus: qui intelligat minimè Tibi ad studium hujus artis secessu in lucos & nemora opus esse, ut vulgo Poëtarum usu venit, sed quemadmodum de Alceô memorie*  
*riæ*

## DEDICATIO.

*riae proditum est, non de-  
esse Tibi rationem, quâ in  
mediis hominum & nego-  
tiorum turbis, laureâ A-  
pollinari rectè insignitus  
incedas, nullo rerum ge-  
renderarum strepitu men-  
tem tuam à suavissimæ  
consuetudinis amœnitate  
abducente; ut qui hacte-  
nus Musarum amicitia  
indulges, quantum gra-  
viores de Ecclesia & Rep.  
curæ patiuntur, earum-*

\* 4 que

DEDICATIO.

*que studiis, pro remissione  
à laboribus, & necessario  
ad relaxandum animum  
otio, uti soles, quò vegetior  
& firmior ad capessenda,  
reposita ad tempus, onera  
mentis, & severiores co-  
gitationes exsurgas. Hæc  
mibi satis idonea gravis-  
que causa visa est, quam-  
obrem operæ pretium ab-  
undè me facturum puta-  
rem, cum nuper Poëmata  
Tua meis typis luci publi-  
cæ*

DEDICATIO.

*cæ committenda curavi.*  
*Nec verò de re literariâ*  
*plus meruisse me credidi*  
*propter auctoris à me editi*  
*nobilitatem, quàm pro-*  
*pter ipsius operis præstan-*  
*tiam, quod ita à doctissi-*  
*mo quoque probari, atque*  
*in pretio esse audio, ut cum*  
*clarissimis, post exortam*  
*literarum lucem, ingenii*  
*in hoc genere fœtibus com-*  
*parandum existiment. Sed*  
*magnorum virorum ac Tui*  
*\* 5 simi-*

DEDICATIO.

*similium non hoc præcipuum munus est proferendi sui erga bonas artes studii, si privatas sui ingenii opes ad eas colendas adhibeant, (quanquam hoc ipsum propter exempli claritudinem amplissimum est) nisi literas & viros literatos in commune foveant, eorumque rationibus suam auctoritatem, gratiam, patrocinium accommodent. Non  
abs*

DEDICATIO.

*abs re itaque futurum putavi, si cùm edita aliquot ab hinc annis Poëmata septem Illustrium Virorum, cujus operis potissima pars Ipse es, incrementis non mediocribus aucta edere in animo habeam, Tuum illis nomen inscribam, ut viros præstantes, quos magna ex parte eruditi Tui laboris socios, & quæsitæ per id gloriæ consortes, cùm nondum*

*dum*

DEDICATIO.

*dum tantus esses, habuisti,  
hoc tanto honore, post au-  
ctam quoque Tuam fortu-  
nam, dignari videaris,  
majore scilicet animo,  
quàm qui superbo illi  
Macedoni fuit, cùm recu-  
savit descendere in sta-  
dium, in quo Reges secum  
certaturos habiturus non  
esset: neque enim vere-  
ris, ne æquo juxta ac su-  
periore ex loco magnus &  
excelsus, & debitâ Tuæ  
digni-*

DEDICATIO.

*dignitati laude censendus  
appareas. Habui præ-  
terea, non inficior, com-  
modi quoque mei ratio-  
nem, ut honorem, qui ex  
Tua claritudine typis meis  
accedit, quàm sæpissimè  
liceat usurpem. Quod ut  
in optimam partem acci-  
pias, rogo Te, Princeps  
Reverendissime & Celsis-  
sime, & hunc qualiscun-  
que obsequii erga Celsitu-  
dinem Tuam mei cona-  
tum,*

DEDICATIO.  
*tum, quâ soles humani-  
tate complectaris.*

Celsitudini Tuæ

*Omni cultu & obsequio devotissimus*

DANIEL ELSEVIRIUS

*Typographus.*

Amstelædami Anno cIo Idc LXXII.  
Idibus Februarii,

T Y-